

I. N. S. S. T.

101.

HEPTAS POSITIONUM PHYSI-  
CARUM  
**SENSATIONEM**  
ORGANICAM,

<sup>ET</sup>  
**INTELLECTIO-**  
**NEM INORGANICAM**  
Continens,

*Quam*

Consensu Ampliss: FACULT. PHILOS.  
In REGIA Academia Aboënsi,

PRÆSIDE,

VIRO AMPLISSIMO

**DN. PETRO HAHN,**  
Scient. Nat. Prof. & Biblioth. Ord.

Celeberrimo,

*Examini publico modeste submittit*

**JONAS S. LÖNGREEN/**

*Junct. Smol.*

Loco horisqꝝ suetis A. 1709. die 15 Junii,

Exc. Jo. WALL.

и въ съществуващата въ  
научната литература. Въ  
същностът на този  
въпросът е, дали  
възможни са  
доказателства за  
съществуването на  
живота на човека  
преди рака.



## I.

**S**ine Anima sensitiva; quæ ab anima rationali, & vegetativa, in homine, non re, sed conceptu differt, nulla unquam fieri potest sensatio.


## II.

Præter animam sensitivam, quæ in corpus organis destitutum recipi potest, sed agere nequit, ad sensationem quoque requiritur Organum. Hoc distinguitur in *proprium*, quod uni tantum senti iu*n*servit, ut oculus visui, & *commune*, quod ad sensationem omnem concurrit, ut cerebrum omnibus organis spiritus animales communicans; &

in *adequatum*, quod objectum totum cognoscit, ut membrana, sine qua nullus fit tactus; & *inadequatum*, partem objecti cognoscens, ut cutis, qua qualitates tactiles observamus, quanquam & ibi fit tactus, ubi cutis non est:

## III.

*Gusti non idem* Præter duo hæcce sensationis cum tactu media, quæ quidem primas interjecta <sup>hanc n: ob</sup> ~~diffine~~ requisita sensationis tenent, æque <sup>ta: sponorem</sup> necessaria sunt, objectum, quod vel <sup>et qualitate</sup> tactile. <sup>di</sup> proprium est, & uni sensui intermixta <sup>quoniam</sup> organa habent <sup>inguam et</sup> tamulatur: propria sunt quinque, membranam color, sonus, odor, sapor, & qualitates <sup>hanc actiones</sup> tactilis; communia, motus, <sup>deo in lingua</sup> quies, figura, magnitudo & numerus. Et species sensibilis, quæ est <sup>potest gustus</sup> *imago ab objecto sparsa, juxta manere tactu*. quam sensus tenetur de objecto *quædam* a quo spargitur, judicare, cum nescire sit, ut id ipsum, de quo fieri possit. *sed sensatio* lenitatio, prope organum sit, quod absolute ponit. *Cuius est gustus aliquam tactu convenientiam habet, distincte tr: sensu* sent.



tamen à natura recepti denudatum erit. Objectum enim ab organo interdum longo intervallo distat, quod præprimis observamus in visione & auditione.

## I V.

Sensus igitur quidam sunt fundamenta indagandæ veritatis Philosophicæ, licet nō solum cum ad indagandam omnem veritatem philosophicam requiruntur etiam ratio & scriptura sacra, à qua existentia aquarū <sup>probatur</sup>, supra cœlestium, quæ continentur <sup>gen: 1.</sup> sub objecto physicæ, manifesta evadit; sine qua altum esset silentium in æternum. Alias sensus circa propria sua objecta non errant præsentibus tribus requisitis, scilicet organo bene disposito, justa distantia, & legitimo medio.

## V.

Ut sensatio per organa, ita intellectio fit sine organis. Anima

enim humana per corpus aut corporis organum, ut per medium quo, non intelligit. Opus tamen phantasmatum habet anima, cum, quamdiu in corpore est, nunquam sine phantasmatum, intelligat; sed eo, non ut organo, verum ut obiecto utitur; ut enim auditus sonum pro organo non habet; ita nec intellectio phantasmata. Si enim certo alicui organo, quo mediante, ageret, alligatus esset intellectus, omnia intelligere non posset: sed pro ratione determinata illius ageret, & saltim quedam intelligereret: sicut visus per oculum tantum colorata, & non res alias percipit.

## VI.

Unum & idem est intellectus ratione essentiæ, sed ratione objectorum est varius; nempe *Theoreticus* & *practicus*; ille tantum intelli-



telligit & ratiocinatur propter cognitionem, ut res vere cognoscatur, atque in sola rerum cognitione, tanquam fine ultimo acquiescit. Hic intelligit & ratiocinatur propter opus, ut agat & efficiat id, quod bonum esse intelligit. Ratione vero modi agendi est vel *agens* vel *patiens*; agens enim intellectus, qua agens, non intelligit, sed species illas, quas à phantasia elicet intellectui patienti imprimit, quas ab agente receptas, patiens intellectus intelligit & indicat. Et sic revera datur intellectus & agens & patiens, datis enim speciebus intelligibilibus, dandus est intellectus agens; sicut enim sine speciebus sensibilibus nulla fit sensio, ita sine intelligibilibus, nulla fit intellectio, quippe agens intellectus ex potestate intelligibilibus actu facit species intelligibiles.



## VII.

Facultates animæ nec plures  
nec pauciores sunt, quam intelle-  
ctus, voluntas, risus & sermo;  
quæ realiter & ab anima & in-  
ter se differunt,

